

& cum referens Bart. in l. 1. numer. 4. C. de sentent. aduer. fise. lat. lib. 10. vbi dicit hanc allegationem non esse in fisco necessariam. Et in hac opinione omnes concordant, secundum Ias. in rep. l. admonendi, num. 10. & 48. ff. de iur. iur. quam sequitur alios referens Rip. ibi num. 15. & omisiss aliis, hanc testatur communem, & receptissimam plures Doctores allegans d. Antonium de Padilla in d. l. sub pratexu, numer. 17. quam ipse libenter probat, & secundum eam in re grauissima ciuium Segobientium pronuntiasse Regios Auditores affirmat, & ibi eam aliquibus iuris comprobatur, præcipue, si prædicta restitutio petatur, ne illicitæ extorsiones fiant, quo remedio sapissimè vtuntur curiales causillarum patroni, idque illi desumple ex illi iuris in princip. digesti de officio pres. Et procedit communis hæc opinio, tam in adore, quam in reo, vt ibi concludit, & num. 18. & 19. limitat hanc communem in transactione, & assignat rationem differentie quæ communis opinio maximi habenda est, quia plurimum in practica conducit.

9 Hinc inferendum est, quod remedio subueniendum sit debitori, qui amisit & non reperit apocham solutionis, & propter hoc condemnatus fuit, & iterum soluit virtute sententia, si postea reperiat dictum instrumentum solutionis, de quo in terminis videndus est Paul. de Castr. in d. l. Imperatores, num. 3. & ibi omnino Alex. num. 7. & 8. laudius ponentem in hoc magis communem resolutionem, & allegati per Gregorium Lopez in d. l. 133. & in glossa Allegaciones.

10 Sed contra supra dictam communem sententiam facit alia communis, Nam in casu d. l. admonendi, in prin. ff. de iur. iur. est speciale, vt sententia lata ex iuramento necessario retrahatur per instrumenta de nouo reperia, quia secus est regulariter in aliis sententiis, vt probat tex. ille in 2. part. & in d. l. sub specie, & in d. l. Imperatores. Ita tenet gl. in d. l. admonendi, verb. noua instrumenta, ver. solu. referet. & c. cuius opinionem & intellectum testatur verum & communem Bart. ibi num. 1. qui bene defendit: dicit etiam communem Paul. de Castr. ibidem num. 17. & assignat rationem diuersitatis infra dicendam, dicit etiam communem Ias. ibi num. 3. & 4. & 45. idem in rep. num. 36. dicit communem Curt. Iun. ibi n. 19. & Rip. 41.

11 Et tamen quod in casu d. l. admonendi est necessaria restitutio, secundum Iacob. Bur. ibi contra Guill. de Cugn. qui tenebat, ipso iure ex integro causam agi. Et hanc opinionem Iacob. quod sit necessaria restitutio in casu d. l. admonendi, tenet etiam gloss. final. in d. l. Imperatores, & sequitur Paul. de Castr. in d. l. admonendi, n. 6. vbi Ias. etiam 6. plures referens eam testatur communem, licet ipse teneat contrarium, cum Guill. est communis etiam, secundum Rip. ibi n. 15. qui tripliciter limitat, & secundum Curt. Iun. n. 8. qui eam sequitur: dicit præterea communem Ias. ibi in repetitione, n. 10. & 48. qui latissime tenet contrarium.

12 Et hæc restitutio debet peti intra quadriennium, sicut quælibet alia ordinaria, iuxta gl. in d. l. Imperatores, ver. ex causa, ibi, & intra quadriennium tantum, quam sequitur Paul. in d. l. admonendi, n. 7. & testatur communem Rip. ibi num. 17. Curt. Iun. num. 9. qui eam defendit, licet dicat, posse teneri contrarium in disputando, imo quod sit perpetua hæc restitutio: est etiam communis, secundum Ias. in repet. d. l. admonendi, num. 10. ad fin. dicentem, quod articulus est disputabilis, & quod po-

test teneri quælibet opin. quia nihil est quod vtgeat. Sed Greg. Lop. in d. l. 19. in gl. Hæstia tres años, inquit quod contra Bar. in d. l. Imperatores, tenentem opin. gl. ibi, est communis opinio. Nam imo intra triennium competit hæc restitutio. Quæ opinio contra gl. & primam communem approbatur hodie in illa l. Regia, nisi dolus interuenisset, quia tunc perpetuo competeret prædicta restitutio, vt etiam dicit glo. final. in l. Imperatores, ibi, Alij actione in factum, & sic perpetuo, ob dolum delinquentis, quam ibi sequuntur Paul. & Alex.

Item in casu d. l. admonendi, est opus noua instantia, secundum communem opinionem & tenendam, vt inquit Ripa ibi, num. 18. testatur communem Curt. Iun. num. 11. Si igitur in casu d. l. admonendi, est necessaria restitutio, vt supra visum est: Ergo nulla specialitas datur in casu illius text. quandoquidem generaliter statutum est, secundum communem opinionem priorem Inn. Bar. & aliorum in d. l. 1. de sentent. aduer. fise. lat. l. 10. quod possit peti in integrum restitutio aduersus sententiam quamcumque ex clausula generali, & c. Hæc difficultas tanta est, vt Ias. in d. l. admonendi, n. 6. & in rep. n. 10. teneat contra communem, scilicet, quod in d. l. admonendi, in princip. nõ sit necessaria restitutio, sed communis opinio est in contrarium, vt supra visum est, quæ est tenenda.

Quare glo. in d. l. admonendi, verb. noua instrumenta, ver. solutio, dicebat, hoc ideo ibi in odium, sc. peierantis, sed hæc ratio non enervat difficultatem supradictam, & ita glo. illam in hoc restatur communiter reprobari, Rip. ibi num. 41.

Secunda ratio differentie inter hos duos casus & communes opiniones est, quam ponit Paul. de Castr. in d. l. admonendi, n. 18. reputans menti tenendum, scilicet, quod prima communis opinio generalis procedat & intelligatur, quando producens instrumenta de nouo reperia adhibuit omnem diligentiam, vt in prima instantia comparerent, & tamen non potuit ea habere, quia forte erant penes tertium, qui hoc negabat, alias secus: adde tu, vel habebat iustam ignorantiam causam, quia in ius successit alterius, vel aliter: at in casu d. l. admonendi, in princip. competit restitutio, etiam nulla facta diligentia. Et hanc rationem sequitur Curt. Iun. ibi n. 8. alios referens, sequitur etiam Rip. ibi, n. 21. licet Ias. vbi supra, cum esset deditur ad tenendum contra communem, quod in casu d. l. admonendi, in prin. non sit necessaria restitutio, reprobaueit simpliciter sine fundamento hanc Pauli solutionem, quæ mihi verissima videtur & probata, in d. l. admonendi, & in d. l. Imperatores, si recte ponderentur.

Tertiaratio & communis referunt per Curt. Iun. in d. l. admonendi, n. 12. quam etiam ibi tenet Ias. scilicet, quod sententia in d. l. admonendi, in prin. est lata ex privilegiis probationibus, & tunc regula est, quod nonnunquam transit sententia in rem iudicatam: & hanc rationem vltra Curt. testatur communem Ias. ibi in rep. n. 41. & 44. & Rip. 42. & patitur magnas difficultates, quarum solutiones videndæ sunt per Ias. & Curt. vbi supra.

Quare mihi magis super prædicta ratio differentie, & solutio Pauli supradicta. Et hæc dicta sufficiunt de prima principali limitatione eius, quod dictum fuit in principio huius capituli, quæ ideo adduxi, quia sunt quotidiana in practica, & quia secunda limitatio principalis in nostra materia de iuramento est breuis, & ne quasi silentio transiremus per hoc caput.

Secun

Secundo & vltimo, conclusio principalis posita in principio huius c. limitatur, nisi in prædicta diuisione facta per hæredem verum cum hærede putatio interuenisset iuramentum veri hæredis: nam iuramentum & transactio vicem rei iudicate obtinent, vt in l. 2. ff. de iur. iur. l. non minore, C. de transact. & ideo hoc casu præiudicabit huiusmodi diuisio cum iuramento facta vero hæredi, sicut præiudicat sententia, vt in d. l. cum putarem, digest. fam. hercis. Ita in propriis terminis iuramenti & transactionis tenet Bal. in l. 1. num. 1. in 3. oppos. C. plus val. quod agit cum Guil. quem refert, vbi hoc verum intelligit, quando simulatio vel falsitas est in eo, super quo inducatur, transigitur vel iuratur: secus si ipse actus pronuntiationis, transactionis & iuramenti esset fictus & simulatus, quia non valeret, vt in l. cum ea, C. de transact. Et hanc limitationem sequitur Ias. & Dom. Ant. de Padil. in d. l. si post diuisionem, num. 4.

Sed contra hanc secundam limitationem facit, quia nihil est in iure tam contrarium consensui, quam error & errantis nullus est consensus nec voluntas, vt in l. cum testamentum, & in l. non idcirco minus, Cod. de iur. & fact. ignor. cum similib. sed iuramentum foris naturam contractus, sicut quo interponitur, vt in l. fin. cum materia, Cod. de non n. pecun. præcipue quando deficit consensus, vt ibidem, iuxta communem resolutionem, quam ibi diximus: sed in proposito nostro d. l. si post diuisionem, C. de iur. & fact. igno. & d. l. cum putarem, adest error & ignorantia, vt ex ipsis legibus patet expresse, ac per consequens nullus adest consensus, nec voluntas veri hæredis: igitur iuramentum nihil debet operari.

Secundo contra hanc secundam limitationem facit, quia iuramentum non confirmat actum erroneum, & ideo iuramentum non impedit repetitionem, quæ propter errorem competeret, nec tollit conditionem indebiti, iuxta communem opinionem, quam resolui supra in 1. part. huius tractatus, cap. 27. Quæ quidem communis opinio expressissima videtur in proposito, cum in casu d. l. si post diuisionem, detur error & ignorantia in vero hærede diuidente bona hæreditaria cum hærede putatio credente esse verum cohæredem secum, est deficit consensus, vnde merito, quod confitit de errore possit repetere, quod soluit indebitum, si sententia non præcessit, & ita mihi videtur tenendum contra Bald. & sequaces vbi supra tenentes contrarium. Neque obstat, quod iuramentum & transactio rei indicatæ vim obtineant, quia præterquam quod dicit. l. 2. digest. de iur. iur. loquitur in iuramento decisorio delato a parte parti, nos vero agimus in confirmatorio, & regula dicit. leg. 2. procedit, vbi est eadem ratio, secus vero vbi est diuersa, vt in proposito, quia sententia redditur in iuratum, vt in l. inter stipulantes, parat. ff. de verb. obligat. & res iudicata per veritatem habetur, iuxta regulam iuris, ideo indebitum solutum per sententiam repeti non potest. At vero quoties ego solui indebitum errore facti, credens debitum esse, etiam si iure me non contrauerentur, hoc iuramentum præsto voluntate mea & non coactus, & præterea sub eadem credulitate qua solui, scilicet, existimans esse debitum, quare si scirem esse indebitum, non soluerem nec iurarem non contrauenire, quia nemo præsumitur suum iactare, vt in l. cum de debito, cum similib. digest. de probat. Vnde cum in ipsa solutione & diuisione

deficiat consensus, quia interuenit error, consensus est, vt in iuramento idem sit dicendum, iuxta regulam, d. l. fin. Cod. de non numerat. pecun. Et ita mihi videtur tenendum in iudicando & consulendo. Maius dubium est, an idem sit dicendum, quando renuntiatum est conditioni indebiti cum iuramento, quo casu quid mihi videatur tenendum, iam supra dixi d. c. 17. remitto me ad illum locum.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio erronea in iudicio facta potest vsque ad sententiam errore probato reuocari.
- 2 Error non potest probari post conclusum in causa, sed bene potest reuocari confessio, quando nihil venit probandum.
- 3 Confessio deliberata, an possit reuocari.
- 4 Confessio erronea in prima instantia emissa, potest reuocari in causa appellationis.
- 5 Confessus tantum vel conuictus tantum, an viroque iure admittant appellans.
- 6 L. 16. tit. 23. par. 3. intellectus.
- 7 Fictus confessus potest illam confessionem veluti erroneam reuocare probando contrarium.
- 8 Habitus pro confessio, & condemnatus, quia non fuit licet confessus infra nouem dies a lege Regia assignatos, potest appellare a tali sententia, & in appellatione probare contrarium, & sic obtinebit.
- 9 Confessio iurata in iudicio facta, an possit præterea erroris probandi reuocari.

C A P V T V I I I.

De reuocatione confessionis erronee in iudicio factæ.



CONFESSIO erronea in iudicio facta potest vsque ad sententiam, errore probato reuocari, res. est capitalis in materia in L. error, C. de iur. & fact. ign. vbi omnes DD. late declarant hanc materiam, præcipue moderniores, qui per appellationes, limitationes, & oppositiones procedunt, & idem probatur in l. de arate, §. fin. digest. in terrog. actio, & in c. fin. de confess. in l. 5. tit. 13. ver. Orosi de rimos, par. 3.

Est tamen aduertendum, quod post conclusum in causa non potest probari error, sed bene potest reuocari confessio, quando nihil venit probandum, vt tradit Matth. de Afflict. dec. Neap. 44. n. 2. vbi n. 3. dicit, quod dicitur constare de errore, quando constat de contrario eius, quod fuit confessus.

Vnde in infero, non bene dixisse Hippol. de Math. in l. 1. §. fin. num. 115. & sequentibus, ff. de quaestio. dum constituit differentiam in hac materia in ciuilibus & criminalibus, vt in illis, cum confessio sit deliberata, non possit reuocari præterea erroris, iuxta gloss. in cap. ex literis, ver. admonita de diuortio, & allegat plures illam gloss. sequentes, in criminalibus vero possit, iuxta gl. in l. pactum, inter hæredes, ff. de pact. Nam hæc differentia nullo iure constituit, cum regula supradictorum iurium loquatur, & procedat in ciuilibus. Et licet gloss. illam in d. l. cap. ex literis, sequatur Ias. in l. serui electione, in princip. n. 29. ff. de leg. 1. dicens esse valde notabilem, singularem, & signantem

dam, eam intelligens in confessione facta post terminum datum ad respondendum, quia censor deliberata, & eam sequuntur alij plures relati per modernos in *dist. l. error, n. 15.* vbi referunt Monachum in *c. cum consumacia, num. 7. de heret. lib. 6.* dicentem gloss. illam esse communiter approbatam, tamen gl. illa non obstat, quia secundum eam, si vera esset, nulla confessio iudicialis reuocari posset prae-textu erroris, quia semper in iudicio dantur dilaciones ad respondendum, vt in *l. 1. de dilatio. cum aliis.* Et ita merito gl. illam improbat plures, & eos referentes moderni vbi supradicentes ex testimonio las. & Felin. gloss. illam esse communiter reprobam. Vltra quos ipse aduertit, quod gl. illa non impedit reuocationem confessionis deliberatae prae-textu erroris, sed tantum dicit, quod confessio si fiat ex deliberatione, & non ex calore iracundiae, non videtur quod reuocari possit, quia non posset probari error: Ergo si ille possit probari, bene posset reuocari, & ita illa si bene intelligatur non probat id, ad quod allegatur. Bene verum est, quod in confessione deliberata difficilior probabitur error, vt sentit & vult illa gloss.

4 Imo etiam in causa appellationis licebit reuocare erroneam confessionem, quam quis emisit in prima instantia, vt tradit Bart. in *l. fin. §. infra, n. 2. ff. de appell. & Greg. Lop. in d. l. Regia, in gl. in yno, Moderni in d. l. error, n. 41.*

5 Ex quo ipse infert singulariter ad intellectum & concordiam quorundam iurum, quae videntur contraria, scilicet quod licet conuictus & confessus de iure ciuili non admittatur appellans, sed conuictus tantum, vel confessus tantum bene admittatur appellans, vt in *l. 1. & ibi gl. ver. propria, & communiter Dd. C. quor. appellat. non recip. Quae lex licet loquatur in quinque criminibus, tamen idem tamen est in aliis omnibus, quia illa gratia exempli ponuntur ibi, vt tradit Anton. Gom. 3. tom. c. 13. de tortu. reor. n. 31. ad fin. de iure tamen canonico sunt qui dicant, quod confessus tantum non admittitur appellans, per tex. in *c. Romana, §. fin. autem, de appell. lib. 6.* cuius verba sunt haec. *Sin autem post sententiam in casibus à iure prohibitis (vt pote à sententia super manifesta & notorio crimine, vel de quo quis in iure confessus existit, promulgata) vel consimilib. appellatum fuisse dicatur, post sum, ne sententia executioni mandetur (postquam cognoscere cuperint, utrum sit recipienda vel non, appellatio ab eo interposita) inhibere.* Verum in re hac verissima resolutio est, quod in hoc de vtroque iure nulla sit differentia, quia copulatiue requiritur, tam in ciuilibus quam in criminalibus, quod sit confessus & conuictus, vt non appeller, ad hunc effectum, scilicet, vt eius non admittatur appellatio, nec per iudicem à quo, nec per iudicem ad quem, sed indistincte fiat exequutio. Sed quando est aliquis confessus tantum, potest appellare ad hunc effectum, vt eius appellatio recipiatur per iudicem ad quem, & inhibeat iudici à quo, quia iudex à quo, non tenetur deferre tali appellationi, quae induxit notorium contra contentem per ipsius confessionem, & potest ante inhibitionem exsequi sententiam, & hoc est, quod expresse dicit tex. in *d. paragr. fin. autem, dum probat, quod iudex ad quem debet inhibere, ne sententia hoc casu executioni mandetur, &c.* Et sic admittit appellationem & potest discutere de errore confessionis, & interim inhibere, quia istud operatur appellatio in confesso,*

quia potest coram iudice ad quem reuocare confessionem, docendo de errore, secundum Bar. in *d. l. 2. in fin.* Et hoc procedit, quando quis appellat non expressa causa, sed quando inserit causam in appellatione, vt quia allegat errorem confessionis, tunc etiam iudex à quo tenetur illi deferre, & non potest exsequi etiam ante inhibitionem. Ita haec omnia concludunt in effectu Abb. Imol. & alij Dd. quos refert & sequitur Marant. de ordin. ind. in *6. p. principali, in secundo actu princ. tit. de appell. n. 28. fol. 62. 2.* dicens, quod hanc resolutionem tenent Dd. in *c. cum specialis, §. porro, de appell. Et quod est ex mente doctorum in l. fin. §. infra, ff. de appell. Ita quod inuit esse communem. Hanc etiam resolutionem in terminis, cum Ang. & Imol. quos refert, & sequitur Greg. Lop. in *l. 16. tit. 23. p. 3. in gl. de la sententia, vbi inquit, quod ideo confessus & non conuictus appellat, quia potest reuocare confessionem suam, vnde si sponte est confessus, non deferretur appellationi regulariter, nisi sit inserta causa, dicens, quod errauit & vult docere de errore in causa appellationis, & ita intelligit cum Imol. d. §. fin. autem. Et ita est tenendum.**

Restat modo in hoc articulo d. l. Regia 16. in c. 23. p. 3. quae expresse probat, quod confessus tantum vel conuictus tantum, non admittatur appellans in criminalibus, per quam videtur corrigi supradicta communis resolutio in aliquibus sui partibus. Sed illa lex intelligi & limitari debet secundum supradictam resolutionem, vt tradit Greg. Lop. ibidem in supra dicta gl. Secundo, ipse verius illam intelligo tantum procedere specialiter in casibus ibi positis, propter immanitatem criminum, sc. *Ladrones conuictos, & reboludores de los pueblos, & los caballos 7 mayores dellos en aquellos malos bollicias, & los forçado res & rebadores de las virgenes, & vindas, & de las otras mugeres religiofas, & los falsado res de oro, o de plata, o de moneda, o de sellos del Rey, o los que matan a yeruas, o a racion o a leue, non veto in aliis casibus: quod primo probatur ex ipsam lege Regia, dum specialiter & nominatim loquitur tantum in illis delinquentibus. Secundo ex illis verbis: *Porque los que los tales yerros faz en yerran mucho contra Dios, & a noçe contra el pro comun de los pueblos.* Pondera verbum, *os tales yerros:* item quia hoc pro ratione effectiua suae decisionis ponit Lilla. Ergo in aliis secus erit & remanebit ius commune in correctum, praecipue cum per hunc intellectum cuiusdem legum correctionem, & reducamur ad ius commune antiquum. Et ita in terminis inuenio, quod intelligit Greg. Lop. illam *l. ibi, in gl. fin.* ponderans ad hoc dictum verbum, *tales yerros,* Et ita est tenendum.*

Supradicta in tantum procedunt in confessione vera, sed etiam in ficta, vt in casu *c. si post praestitum, de confess. lib. 6.* vbi contumax in respondendo positionibus habetur pro confesso, nam poterit etiam ille confessionem suam veluti erroneam reuocare, probando contrarium & simile exemplum hodie habemus per *l. 1. 1. de Madrid, qua cauetur, vt non respondens positionibus, simpliciter confitendo vel negando habeatur pro confesso: Ita vult gl. ordinaria in l. in quoniam, ff. de his qui vocantur in ius, & omnis aliis hanc opinionem sequitur & bene probat plures referentes Hippol. de Matfil. in *l. 1. §. fin. num. 117. & segg. ff. de qua, vbi hoc verum non tantum intelligit ante sententiam, sed etiam post in gradu appellationis & numeris precedentibus à num. 123. refert alios**

alios plures tenentes contrarium, sci. quod ficta confessio non possit reuocari prae-textu erroris & refert Bal. in *l. seruum, quogue, §. publice, ff. de procurat. dicentem: hanc vltimam opinionem communiter seruari. Sed priorem opinionem sequuntur prope omnes Canonitae in d. c. si. de confess. & eam resulant esse communem plures allegantes & eam sequuti Moderniores in d. l. error, num. 18. vbi referunt Aret. conf. 42. dicentem contrariam esse communem, & refert luptaditas duas opiniones contrarias in hoc Menchac. de success. creat. §. 23. n. 25. vbi secundam opinionem tenet in eo, qui fuit vere contumax, cui etiam à iure denegatur appellatio: Hanc etiam primam opinionem affirmatiuam sequitur plures allegans Didac. Perez in *l. 1. tit. 4. lib. 3. ordin. col. 927. & seq. vbi refert Auiles dicentem esse receptam hanc opinionem in practica apud Regios Senatores Cancellariae, quod reus sicte confessus admittatur infra nouem dies ad probandum veritatem & errorem talis confessionis.**

8 Ex quibus si omnibus insertur, quod si in casu *l. 1. tit. 3. de las confesiones, lib. 3. ord.* qua cauetur, quod non respondens libello actoris infra nouem dies, habeatur pro confesso & condemnatur, poterit à tali sententia appellare, quia non est verus contumax, & in appellatione probare contrarium, & sic obtinebit, vt dicit supradicti Doct. praecipue Hippol. vbi supra num. 127. el. 2. & Did. Perez in *d. l. 1. col. 874. vers. queritur vltimum.* Et ita iam ipse obtinuit in practica, cum essem aduocatus rei, qui fuit per sententiam declaratus pro confesso & condemnatus, quia libello non respondit infra dictos nouem dies, & appellauit ab illa sententia, & pars probauit contrarium eius, quod continebatur in libello actoris, & fuit reuocata prima sententia, & absoluitur & liberatus reus à petitione actoris.

9 Vltimo restat, vt deueniamus ad nostram praecipuam quaestionem de iuramento, an confessio in iudicio facta cum iuramento, possit prae-textu erroris probandi reuocari? In quo videtur primo dicendum, quod non, ex iis quae adduximus supra c. proxime precedenti, in prima opinione principalis. Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum & verius, imo quod confessio quantumcunque iurata, possit prae-textu erroris reuocari probato errore, per omnia supradicta in c. supra proxime precedenti in secunda opinione principalis, quia vbi est error, nullus est consensus, ac per consequens, deficiente consensu iuramentum nihil operatur, sed intelligitur secundum naturam actus, super quo interponitur, vt in *l. fin. cum materia, C. de non num. pec. ideo iuramentum super actu erroneo non confirmat ipsum, neque impedit conditionem indebiti, iuxta communem opinionem adductam in 1. par. principali huius tractatus, c. 27. Secundo hanc opinio probatur, quia in hoc nostro casu iuramentum non fuit interpositum ad confirmandam confessionem ipsam, nec ad eam obseruandam, & non contraveniendum, sed tantum fuit praestitum de veritate dicenda: quae veritas deficit, & non adest, quando error interuenit: Ergo merito & optimo iure, quod non obstante confessione iurata, admittatur reuocatio ipsius errore probato, cum hoc tendat in fauorem eius iuramenti praestiti, scilicet, ad inuestigandam veritatem, quam iurans putabat se prius dixisse in confessione motus iusta ex causa & tunc melius instructus, aliud vere intelligit &*

probare vult, vnde id recte facere potest, absque metu iuramenti, cum hoc non contradicatur iuramento, sed potius ipsum perficiat, vt dictum est. Et ita inuenio, quod in terminis nostris confessionis iuratae, quod possit reuocari prae-textu erroris, tenent Bald. Ant. de Butr. Rom. las. Anan. & Felin. & hos referentes contra Fabrum, dominus Anton. de Padill. in *dist. l. error, num. 12. vbi hanc appellat communem opinionem, & tantum pro ea allegat dict. l. fi. C. de non num. pecun. & respondet ad tex. qui videbatur aliquo modo obstat in capic. cum dilecti, de accusat. quod ibi non contendebat Episcopus confessionem suam veluti erroneam reuocare, sed eam aliquo colore excusare, quae sunt dissimilia. Facit etiam pro hac opinione altera, quam ipse tenui in mea repetit. autem, sacramenta puberum, num. 132. & sequenti, C. si aduerso vendi, scilicet, quod minor, qui confessus fuit delictum, quod alio modo non probatur contra ipsum quam per solam suam confessionem, potest aduersus eam restitui, non obstante quod eam iurauerit, ex rationibus quas ibi adduxi, quae sunt videnda.*

S V M M A R I V M.

- 1 Affines possunt cogi iurare statui ad compromittendum super litibus inter eos motis, & praed. statutum validum & seruandum est: & referuntur remissus plures ampliationes & limitationes.
- 2 Praecipua limitatio est, quando quis habere pro se sententiam transactam in rem iudicatam, vel instrumentum publicum quarentigium.
- 3 Idem in nostro Regno esset, si quis haberet scripturam recognitam a parte in iudicio.
- 4 Secunda praecipua limitatio est, quando debitor tenetur ex contractu vel instrumento a se iurato, quia tunc petendo compromissum iurante statui, incidere in periculum, quod est euitandum.

C A P V T IX.

De statuto compellente affines ad compromittendum.



AFFINES possunt cogi ad compromittendum super litibus inter eos motis, stante statuto, id praecipiente, quod statutum validum & seruandum est in iure, vt pluribus allegatis tenet Petr. Duenn. in *regul. 36. in prin. fol. 11.* Et haec statuta communiter per totam Italiam, vt constat ex Doctoribus Italis, qui passim faciunt mentionem de praedictis statutis. Haec regula habet septem ampliationes, & decem & octo limitationes, quas congerit Petr. Duenn. vbi supra, ex quibus duas tantum limitationes altissimam, quae ad nostrum tractatum spectant, easque breuiter examinauo, quia in hoc Regno non sunt necessariae.

Prima igitur in limitatio est, quando aliquis in haberet sententiam diffinitiuam transactam in rem iudicatam, vel instrumentum publicum quarentigium pro se, quod secundum formam statutum meretur executionem sicut sententia diffinitiva, vt hodie cauetur in nostro Regno per *l. 4. tit. 4. lib. 3. ord.* quae hodie est *l. 1. & 2. tit. 2. lib. 4.*

nona recop. Regia, quia tunc affinis non cogeret ad compromittendum, quia compromissum est quaedam transactio, vt in *amb. vt differret. iudic. §. 1. & in amb. si vero contigerit, de iudic.* sed de eo, quod est certum, non potest transigi, nec compromitti, vt est dictum late supra in hac 3. par. c. 4. & de compromisso probatur in cap. *exposita*, & ibi notant gl. & Dd. de *arbitr.* Igitur &c. Et ita in terminis hanc limitationem ad præd. statutum tenet Bart. in *l. leganter, in princ. n. 2. ff. de condit. indeb.* cuius opin. sequuntur ibi Paul. de *Cast.* n. 2. 3. & 4. & *Ial. num. 3.* & *Pet. Duch.* vbi supra, *limit. 7.* vbi allegat eam sequutos *Socin. Corn.* & *Georg.*

3 Ex quo ꝑ ipse idem esse infero in nostro Regno, si adesset huiusmodi statutum, quando affinis haberet scripturam priuatam claram, recognitam tamen à parte in iudicio; quia cum huiusmodi scriptura habeat executionem paratam iure nostro, sicut gaurentigia, per *l. si. C. de Madrid* quæ hodie est, *l. 5. tit. 2. lib. 4. non recop.* consequens est, vt affinis habens de debito suo hanc scripturam priuatam recognitam, minime cogatur compromittere super ea, cum sit res clara, super qua non cadit compromissum nec transactio.

2 Secunda ꝑ principalis limitatio in proposito est, quando ageretur coram iudice ordinario ex contractu, vel instrumento iurato, & reus conueniens post oppositionem peteret compromissum virtute dicti statuti, quia hoc casu non haberet locum dictum statutum, nec actor posset compelli ad compromissum, quia petendo compromissum, reus incidere in peritium, & non est verosimile, quod statuentes de tali casu cogitauerint. Hæc est singularis decisio Paul. de *Cast.* *conf. 71. incip. vbi & consideratis omnibus, quem & Alex. in alio consil. refert & sequitur Ial. in d. leganter, in princ. num. 6.* vbi refert *Alex. dicentem*, quod ita etiam alias obtinuit in ciuitate Parmæ, & quod ita fuit ibi iudicatum: Hanc etiam opinionem alios referens, sequitur *Pet. Duch.* vbi supra in 2. *limit.* & vltra ipsum, tenet etiam *Matc. Anton. Bauer. in tract. de virt. & virib. iur. n. 37. vol. 5. tract. diuers. Doll. fol. 21.* Pro qua opinione vltra ipsos faciunt, quæ late nos tradidimus in *repet. l. nemo potest. n. 163. & seq. ff. de leg. 1.* scilicet, quod clausula generalis, *Non obstantibus, &c.* non extenditur ad dispositiones iuratas, nam vt illis derogetur, necesse est specialem mentionem fieri: Item & quod Rex in dubio nunquam videtur cassare aut differre obligationes iuratas, nec statutum generale ad eas extenditur, nisi specialis mentio de iuramento quoque fiat. Cum igitur in proposito statuta non loquantur de debitis, nec in instrumentis iuratis, consequens est, vt ipsa minime comprehendat. Et hæc opinio meo iudicio est verissima & tenenda.

S V M M A R I V M.

- 1 Renunciare non potest quis defensionibus suis in causis criminalibus, nec termino sibi dato ad eas probandas.
- 2 Sed hoc debet intelligi in casibus, in quibus venit imponenda pena corporalis scilicet pecuniaria, vel relegationis imponi deberet.
- 3 Reus in causis criminalibus, in quibus venit imponenda pena corporalis, non potest habere pro reproductis, testes aduersus se in sin-

- 4 Reus in causis criminalibus, an possit renunciare defensionibus suis, quando est dubium, an aliqua sibi competat? & n. 5.
- 5 Reus qui legitime iuris ordine seruato confessus est delictum, an possit defensionibus suis renunciare?
- 6 Reus qui in prima dilatione sibi data ad probandum, non probauit defensiones suas, an ceteris dilationibus possit renunciare?
- 7 Assassinus an possit renunciare suis defensionibus & dilationibus.
- 8 Reus an possit cum iuramento renunciare defensionibus suis in causis criminalibus?

CAP V T X.

De renuntiatione defensionum in causis criminalibus.

RENUNTIARE ꝑ quis non potest defensionibus suis in causis criminalibus, nec termino dato ad eas probandas gl. *ordinaria*, & communiter ad hoc allegata in *l. pactum inter heredem, digesti. de pact. in verb. cum liceat, ibi. Item pactum, ne quis se defendat, & c. argum. l. non amicum, digesti. de appellatio.* Et quia nemo est dominus membrorum suorum, vt in *l. liber homo, digesti. ad l. Aquil.* quam gl. sequuntur omnes Doctores in proprio loco, & vbi que, & eam bene legit *Ial. in l. penult. num. 18. C. de pact.* & idem *Ial. in authentic. iudicium, n. 7. C. de iud.* idem in *l. sed si quis, §. questum, n. 8. digesti. si quis car.* & dicit communem præcticam illius gl. *Ial. ibidem n. 12.* qui bene ampliat & limitat, & ibi bene *Curt. Iun. n. 14.* Et hanc opinionem gl. testatur communem plures Doct. referens *Ant. Gom. in 3. tom. c. 13. de tortur. reor. n. 33.* vbi inquit ex hoc debere iudices esse cautos, & sumere optimum consilium in præctica, quod in causis criminalibus semper assignent terminum competentem partibus ad intentionem suam fundandam. Et licet reus accusatus vel inquisitus renuntiet, vt quotidie faciunt, prædicto termino probatorio, non admittant talem renuntiationem, sed patientur terminum labi in defensionem suam. Et illam gl. testatur ab omnibus receptam *Couarr. in 4. de sponsal. 2. par. c. 8. §. 12. num. 16.* vbi agit, an procedat gl. illa, etiam si agatur ciuilitate, modo ex illo iudicio posset renuntians defensionibus famæ discrimen pati, & resoluat probabiliorum esse opinionem illorum, qui tenent in hoc casu non habere locum gloss. illius opinionem, licet alij contrarium teneant, quia non tenetur quis ita conferuare famam illam, sicuti vitam, secundum *Sotum*, & *Nauarr.* quos ibi refert, & illa gl. communiter approbatur à Doct. quibus, secundum *Petrum Duchas in reg. 190. in 4. limitat.* Et nouissime plures allegans idem affirmat *D. Ioan. à Rojas Inquisitor Valentinus meritisimus de heretic. 2. part. assertio. 4. n. 113. fol. 291. vbi n. 111.* admonet iudices, præcipue Inquisitores fidei, ne testes pro ratificatis à reis habeant.

Sed hæc gl. ꝑ communis opinio primo debet intelligi, quando in tali causa criminali esset, & veniret imponenda pena corporalis: alias scilicet, quia in hoc casu militant & locum habent fundamenta, quæ pro gloss. adducuntur. Nam si pena, quæ veniret imponenda, esset pecuniaria vel relegationis,

legationis, tunc bene posset reus renunciare suis defensionibus & terminis: Ita tenet *Ioann. de Imol. in l. custodia, ff. de publi. ind. col. 2.* & *Ioann. de Anan. in cap. cum dilecti, num. 3. de accus.* & *Anton. Gomez. vbi sup.* dicens, quod ita semper præctacant in causis, pauperum: Idem ipse assero, quia sum aduocatus pauperum huius ciuitatis, licet immeritus, in quorum causis & in aliis semper ita præctacant & præctacari vidi.

3 Hinc orta est ꝑ practica hodierna, quod in causis criminalibus, in quibus venit imponenda pena corporalis, reus dans pro reproductis & ratificatis testes summarie informationis contra se recepte non auditur, sed cum effectu reproducentur & ratificantur, quia ex hac datione pro reproductis & ratificatis tollitur defensio reo, quia potest contingere, quod aliquis testium summarie informationis sit mortuus, vel absens vel aliter impediatur, ita quod ratificari non possit in plenario iudicio, vel quod sit reproducatur, aliter declarari in illis vero causis, in quibus reus non debet corporaliter puniri, bene admittitur, habens pro reproductis & ratificatis dictos testes summarie informationis.

4 Secundo ꝑ supradicta glo. & communis opin. debet intelligi, quando sumus certi, quod competet reo aliquæ defensiones: scilicet autem in dubio, quando non constat hoc, secundum *Paul. de Cast. in d. §. questum, num. 7.* & est communis, secundum *Ant. Rub. in l. seruam quoque, §. publice, n. 2. off. de procurat.* per gl. quæ minime hoc probat in *l. 1. ff. de furib. balnear.*

5 Vnde ꝑ inferitur à fortiori, quod si reus fuisset crimen legitime, & præmissis iuris ordine confessus, admitteretur talis renuntiatione defensionum in criminalibus causis, quæ ad corporis penam discentur, vt cum eodem *Paul. Ial. Felin. & Hippol. tradit Couar. vbi sup.* asserimus, quod in praxi receptum est: sed profecto opinio *Paul. in d. §. questum, d. num. 7.* mihi nunquam placere potuit. Nam in dubio potius debemus non admittere præd. renuntiationem defensionum, cum tractetur de vita hominis. Secundo, quia si illa opinio vera esset, raro, aut nunquam euenire posset casus, in quo seruanda esset supradict. gl. *d. l. pactum inter heredem*, communiter approbata, quia etiam si reus alleget sibi competere legitimas & preemptions defensiones, interim quod probantur, dubitatur de illis, & sic prope semper posset reus illis renunciare, quod est contra salutem humani generis & contra ius naturale, à quo introducta est defensio. Item experientia docet, quod reus accusatus de graui crimine & delicto, propter quod venit imponenda pena mortis vel alia corporalis, allegat tales defensiones, quæ prima facie videntur malitiose & improbables, & iudices carnisifices præcipitantes iustitiam, illas spernant tempus competentem ad illas probandas denegantes, quæ tamen dato competenti termino probati possent, & licet omnino reum non liberent à delicto, liberant tamen à pena corporali; quia defensione caret reus, si admitteretur eius renuntiatione, eo quia dubitatur de prædict. defensionibus. Igitur etiam si de eis non constet, admittenda non est prædict. renuntiatione, quando pena corporalis venit imponenda. Quomodo enim certo potest constare, an competat, antequam probentur, cum ipsæ in probatione consistant, quare existimo ipse tenendum contra supradictam *Paul. de Cast. opin.* & si

essem iudex, ita præctacarem, & aduocatus non minus. Sed quod magis dolendum est de illis iudicibus qui admittit hanc defensionem renuntiationem, reum in pena corporali condemnant: quod ipse sæpè vidi, hoc rectum iudicium non est, quasi reus meretur penam corporalem, non debet regulariter iudex admittere dictam renuntiationem, & si semel admittit, & postea tempore ferendæ sententiæ constat, reum corporaliter esse puniendum, de nouo audiat ipsum & assignet ei terminum ad se defendendum, exonerandumque & probandum defensiones suas, si quas habeat, quia alias sententia erit nulla. Et ita communiter aduocati in similibus causis solent agere de nullitate aduersus sententias, allegando reum non potuisse renunciare defensionibus suis in illis causis, quibus imposita fuit pena corporalis.

Quareus vero attinet ad illationem supradictam, quando reus legitime confitetur delictum, adhuc non admittit renuntiationem ipsius, si constaret habere legitimam defensionem, scilicet, si ad sui defensionem necessariam occidit vel alterum vulnerauerit, vel quia reuocaret confessionem suam tanquam erroneam, & posset probari error, vel aliam legitimam defensionem haberet, quæ in totum minueret penam vel moderaretur, in parte: alias si de hoc non constat saltem probabiliter, probo supradictam illationem, & admittit renuntiationem rei defensionum suarum.

Tertio gl. ꝑ illam & communem opin. intelligit *Couarr. vbi sup.* præterquam si reo fuit dilatio prima ad probandum data, in qua non probauit defensiones suas, non poterit cæteris dilationibus renunciare per text. in *d. c. cum dilecti, de accus.* Sed si bene inspicatur text. ille, non loquitur in hoc casu, sed quando reus in confessione, sua allegauit aliquas defensiones quas non probauit in termino probatorio, & postea allegabat alias, de quibus in sua confessione mentionem non fecit, nam illis non obstantibus iubet summus Pontifex, quod reus reuocatur ab administratione Ecclesiæ *Agarhenf. Præterea* in casu illius text. non veniebat reo aliqua pena corporalis imponenda, sed remorio ab administratione Ecclesiæ, vt ex ipsomet text. constat: Ergo merito, quod potuerit ibi terminum etiam principalem renuntiare, & sic non facit ad rem nostram. Quare ipse dubito de hac limitatione, & sæpè in practica vidi seruati contrarium.

Quarto ꝑ supradicta communis opinio limitatur in *Assassinis*, quia est hostis publicus, & potest suis defensionibus & dilationibus renuntiare, vt tradit *Roland. à Valle consil. 24. num. 9. lib. 1.* Sed etiam de hac limitatione dubito, quia quanto maius delictum est, tanto magis admitti debet defensio, & non sperni; quandoquidem glo. nostra procedit in illis delictis, in quibus pena corporalis venit imponenda, & non in aliis scilicet in quibus, vt supra dictum est, & non potest dici *Assassinus*, nec alio modo delinquens, quousque per sententiam in contradictorio iudicio latam auditoreo, & eius defensionibus, declaratur pro tali; ergo etiam si ipse velit eis renunciare, admittendus non est, sed debet labi prius terminus datus ad ipsas probandas.

Vltimo testat ꝑ hic examinanda questio de iuramento, an reus cum iuramento possit renunciare defensionibus suis in causa criminali, in qua sibi venit imponenda pena corporalis? Et videtur primo di-

endum, quod talis renuntiatio iurata valeat & teneat, per text. in auben. sacramenta puerum, cum similibus, C. si aduers. vend. quae non tantum procedit in contractibus, in quibus loquitur, sed etiam in iudiciis, nam in eis quasi contrahitur, vt in l. 3. §. idem scribit, digest. de prec. Et ita ampliat d. aub. gl. ibi verb. contractibus, in vers. item qui iudicio. Cuius opinio communis est, quamuis Bald. in l. om. num. 26. C. de confess. teneat contra eam, vt dixi, & resolui in mea repetit. d. aub. sacramenta puerum, n. 127.

Sed hoc non obstante, contrarium est tenendum, imo quod huiusmodi renuntiatio non valeat, nec fit admittenda, etiam cum iuramento, quia defensio status est personae, & est de iure naturali, vt in Clement. pastoralis, de re iudic. & per consequens est publici iuris, vt in d. l. non tantum, digest. de appell. ideo praedicta renuntiatio iuramento non confirmatur: arg. c. si diligenti, de foro comp.

Secundo vltra omnes ipse pro hac opinione considero, quod iuramentum hoc casu est illicitum, & contra bonos mores naturales, quia tollit defensionem: ergo non est obligatorium, vt in regul. iur. non est obligatorium, de regul. iur. in 6. Tertio, quia nemo potest consentire, vt occidatur, quia non est dominus membrorum suorum, ac per consequens non potest sibi ipsi tollere defensionem legitimam sibi competentes, quia occideret seipsum, & sic peccaret: sed iuramentum, quod vergit in dispendium salutis aeternae, non valet, nec est seruandum, vt in c. quamuis pactum, cum similib. de pact. in 6. Et ita inuenio, quod hanc secundam opinionem in terminis dicti gloss. licet non ita fundet, tenet Bal. in l. vnic. num. 27. C. de confess. sequitur Hipp. de Marfil. in l. i. §. fin. num. 118. & seq. digest. de quest. & Anton. Gom. 3. tom. c. 1. de delict. num. 66. & Petr. Duell. d. regul. 190. limit. z.

S Y M M A R I V M.

- 1 Minor 25. ann. non potest esse procurator alterius ad iudicia, ad negotia vero ille qui est 17. ann. potest esse procurator.
- 2 Minor 25. annis potest esse procurator alterius ad iudicia, si iuret se non contrarium prosequi, nec sententia, nec alio actibus a se tanquam procuratore factis.
- 3 Minor 25. annis, maior tamen 14. potest constituere procuratorem cum iuramento ad negotia propria.

C A P V T X I.

De minore 25. annis, an possit esse procurator alterius.

MINOR 25. annis non potest esse procurator alterius ad iudicia, ad negotia vero ille, qui est 17. ann. potest esse procurator: Ita probat expresse text. in cap. qui generaliter, §. fin. de procur. lib. 6. & expressa Regia l. 19. ad fin. tit. 5. par. 1. & quod minor 25. annis, non possit esse defensor in iudicio nomine alterius, probat etiam text. in l. minor 25. ann. digest. de procurat. & leg. in vers. sane, & ibi gloss. & Dd. C. eod. tit. vbi Ias. num. 19. testatur hanc esse communem opinionem in vtroque

& hoc modo est intelligenda l. 5. in princip. d. tit. 5. part. 3. dum dicit, Que et minor de veynte y cinco años no pueda ser procurador, scilicet, ad iudicia, quia ad negotia potest esse procurator ille, qui est 17. annorum. Et secundum hanc distinctionem est etiam intelligenda l. 9. tit. 10. lib. 1. fori, dum dicit, E homo que no suere de edad cumplida, no pueda dar personeria por si, ni tomar personeria por otro en ningun pleyco, & ibi Mont. in gloss. Ni tomar personeria. Ita intelligit l. illam, & hanc resolutionem tanquam communem breuiter ponit Anton. Gomez. in l. 33. Taur. ad fin.

Sed si minor 25. ann. sit procurator alterius, & iuret se non contrarium prosequi, nec sententia, nec alio actibus a se tanquam procuratore gestis ratione minoris aetatis, admittendus est, quia per hoc iuramentum suppletur eius aetas & habetur pro maiore, & sibi non competet restitutio, argum. text. in aub. sacramenta puerum, C. si aduers. vendit. cum materia, praecipue, quia secundum gl. ibi verb. contractibus, & communem opin. quam ibi resolu. n. 127. text. ille habet etiam locum in iudiciis. Et ita in terminis nostris hanc opinionem tenent expresse Alber. Ang. & Paul. de Castr. num. 5. in d. minor 25. ann. digest. de procurat. vbi concludunt non sufficere, quod iste minor se offerat, quod iurabit, nisi prius iuret se non contrarium, &c. Eandem etiam opin. eos referens sequitur Gregor. Lop. in d. l. 19. in gloss. De eadde xxv. años, vbi etiam agit, an requiratur, quod opponatur minor aetas, ad hoc vt non admittatur procurator minor 25. ann. in iudicio, quando non iuravit.

Ex quibus inferitur, quod idem esse in minore 25. ann. maiore tamen 14. ann. constitutente cum iuramento procuratorem ad sua negotia vel iudicia, quia cum iuret procuratorem, & mandatum a se datum, scilicet, quod non contrarium gerendis per procuratorem suam virtute dicti mandati, ratione minoris aetatis, nec alia quacumque ratione, valebit mandatum, & procuratoris constitutio a se facta cum d. iuramento, ex d. aub. sacramenta puerum, cum ibi notatis per me, n. 127. & sequen. nisi in hoc enormissime laederetur, vt ibi dixi num. 92. & seqq. Eandem illationem ponit Rebuff. in commentariis ad constitutiones Regias 2. tom. in tractat. de resitut. ar. 1. gloss. 2. numero quarto, fol. 123. vbi tamen inquit, se vidisse hoc casu minorem laesum restitutum, quia praxis non seruat has solemnitates. Adde Sebast. Vantium de nullis. process. in titul. de nullis. sententia ex inhabilit. seu defect. mandat. num. 35. vbi agit, an iuramentum in iudiciis suppleat aetatem, & quod minor potest procuratorem cum clausulis solitis ac cum iuramento constituere, iuxta doctrinam Bart. in l. minor, ff. de procurat. Ex quo text. in aub. sacramenta puerum, loquens in contractibus, procedit etiam in iudicialibus secundum alios, quos ibi refert, licet Speul. teneat contrarium: eandem illationem late probat plures allegans Boër. decis. 392. per totam.

S Y M M A R I V M.

- 1 Laicus conueniri debet regulariter coram iudice laico, & panna laici conueniens laicum coram iudice Ecclesiastico super rebus profanis ponitur.
- 2 Laicus ratione iuramenti a se praestiti in contractibus, efficitur de foro iudicis Ecclesiastici.

5 Iura

- 3 Iuramentum non mutat forum, sed addit forum foro.
- 4 Episcopus etiam lite mota coram iudice seculari, potest cogere partem, & etiam iudicem secularem ad obseruantiam iuramenti.
- 5 Quis iudex sit competens ad obseruantiam iuramenti.
- 6 Petens absolutionem iuramenti coram iudice seculari, an possit coram eodem de tota causa litigare.
- 7 Iuramentum non transit ad heredem iurantis respectu peritij, & ideo ipsi non possunt conueniri coram iudice Ecclesiastico ex iuramento defuncti.
- 8 Index Ecclesiasticus erit competens in causis feudali, quando contractus feudis est iuratus ad obseruantiam ipsius.
- 9 Iuramentum apponi prohibetur iure Regio in contractibus maiorum de se validis, ne in iudicio regalis minuat.
- 10 Laicus efficitur de foro Ecclesiae ratione voti.

C A P V T X I I.

De effectu iuramenti circa forum.

ITEM ¶ conueniri debet regulariter coram iudice laico, quia actor tenetur sequi forum rei: tex. in l. 2. C. de iur. om. iud. & in c. cum sit generale, & ibi late Doctor. de for. compet. adeo vt laicus laicum conueniens coram iudice ecclesiastico super debitis vel rebus profanis, admittat actionem & acquirat reo, & decem millium pondiorum poena plectatur actor, vt in l. 3. tit. 1. lib. 3. ordinamenti.

Si tamen ¶ laicus promittat aliquid cum iuramento, ratione iuramenti efficitur de foro iudicis Ecclesiastici, & creditor poterit coram eo ipsum conuenire, vt soluat & adimpleat quod promissit, & sic vt seruet iuramentum. Hæc est insignis decisio tex. in c. si de for. comp. lib. 6. ex quo notat Dom. de Sancto Gemin. ibi num. 3. quod ratione iuramenti, super quolibet tractatu iurato potest adiri iudex Ecclesiasticus, etiam per putos laicos. Idem probat tex. in c. nouis, de iudic. & in c. 1. & c. cum contingat de iureiur. & in c. licet, eod. tit. in 6. & in c. quamuis pactum, de pact. in 6. Magna igitur est virtus iuramenti, quia mutat forum, sicut contractum inuallidum, facit quandoque validum, vt in dictis iuris. ita tenet Archid. in d. c. fin. in fin.

Et n. 7. ¶ amplius videtur tenere cum Bald. in l. 1. col. ult. C. de reb. cred. & expressius cum eodem Bald. in aub. sacramenta puerum, col. 3. C. si aduers. vend. quod creditor hoc casu possit vtrumque iudicem cumulare. Nam Episcopus etiam lite mota coram iudice seculari potest cogere partem, & etiam iudicem secularem ad obseruantiam

nem iuramenti, monens eum, vt acceleret causam, nec potest sibi obliici exceptio litis pendente, secundum Io. Andr. in d. c. fin. de foro comp. in 6. quem sequitur Marant. de ordine iudic. 4. par. princ. in 11. distinct. n. 14. fol. 217. Quid tenendum in hoc articulo?

Mihi ¶ profecto semper placuit distinctio Ioan. 5. Andr. in d. c. fin. quem refert & sequitur Dominicus ibidem, n. 12. scilicet, quod aut agitur de vinculo iuramenti in foro penitentiali, & tunc planum est, quod est iudicium Ecclesiasticum, & ita loquitur text. in c. pradicandum 22. q. 1. & quod notatur in c. nos super, gl. 1. de purgat. canon. Et est ratio, quia laicus non habet potestatem clauium, vt possit absolvere in foro penitentiali, vel ligare, vt notat gl. in c. pastoralis, de officio ordin. aut agitur de iuramento in foro contentioso, quando versatur alterius interesse, & tunc siue agatur ex iuramento vt seruetur, vt que potest esse iudex, quando non renouatur in dubium, an iuramentum sit licitum, necne, vt de iudice laico probatur in d. cap. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. ibi, Quamuis eis constet legitime, & in fine, ibi, pronuntiare non impediuntur, imo coguntur. Et de Ecclesiastico probatur in d. c. fin. Et est ratio, quia per iurium directe respicit Dei irruentiam quæ proprie est Christianæ religioni contraria. Siue agatur excipiendo, etiam de illo iudex laicus cognoscit, & definit seruando ius canonicum, & ad hoc per Ecclesiasticum compelli potest, & ita loquitur d. c. licet, & d. cap. quamuis pactum, & d. aub. sacramenta puerum, & tenent etiam Ias. vbi supr. & ab eo relati. Si autem vertitur in dubium probabile, an iuramentum sit licitum, vel non tunc debet remitti ad iudicem Ecclesiasticum, & ita loquitur, c. venerabilem, de electione. Nec obstat text. in c. nouis, de iud. quia ibi Rex Angliæ adiuu iudicem Ecclesiasticum, quod potuit, vt in d. c. fin. & tamen text. ille non prohibet, quin etiam laicus cognoscat. Item ibi conuenit ratio pacis, quæ spectat ad iudicem Ecclesiasticum, vt in c. 1. de treug. & pac. Et hæc est vera resolutio, & tenenda in hac materia meo iudicio: ex qua breuissime tu collige, quod iuramentum accumulatur forum foro in casibus, in quibus alias iudex laicus citra iuramentum poterat cognoscere, & erit in electione actoris, vtrum iudicem laicum vel Ecclesiasticum, vel simul vtrumque adire malit, ita vt iudex Ecclesiasticus compellat partem & iudicem secularem ad obseruantiam iuramenti per d. c. si. sequitur Steph. Auffer. de potest. secul. super Ecclesiast. person. in 4. regul. limit. 4. n. 5. vol. 14. tract. diuers. Doct. fol. 398. vbi ampliat, etiam in casu, quo de iure ciuili iuramentum est inefficax. Nam etiam coram seculari agi poterit, etiam si materia feudalis existat. Item ampliat etiam, vbi ageretur ad poenam peritij, quoniam vtrique competens est inter laicos. Tertio ampliat, vbi ageretur de compellendo recipientem turpe iuramentum, vt illud relaxet, iuxta c. 1. de iureiur. quia hoc etiam facere potest iudex secularis, sicut cogere potest, vt licitum seruetur, secundum Roman. quem refert.

Et ex d. c. si. inquit ¶ eleganter Bald. in l. ordinarij, col. 1. C. de rei vend. quod si aliquis petit absolutionem a iuramento coram iudice Ecclesiastico, potest coram eodem iudice de rota causa litigare, quia is, qui fuit iudex præparatus, & sic absolutionem a iuramento, erit etiam iudex causæ præparatus: quam Baldi opinio, sequitur Ias.

86

defunctum, secus vero, si ageretur indirecte contra heredem, implorando iudicis officium, ut compellatur satisfacere ad exonerationem animæ defuncti, quia tunc poterit etiam hæres iurantis coram Ecclesiastico iudice conveniri, ut in c. de nobis, in fin. de sententia excommunicationis. Et ita procedit & saluatur hoc casu opinio Abb. Antiqui in cap. veritatis de iur. et in cap. fin. de sepulchris tenentis contra supradictam opinionem Ioan. Andr. & Domin. supra relata. Hanc concordiam & distinctionem ponit Sicul. in d. c. fin. quem refert & sequitur Steph. Aufret. in d. 4. reg. n. 6. & in addit. ad decisio. 415. Capel. Tholos. dicens quod opin. Abb. semper vidit servari in curia Archiepiscopali Tholosæ: sed ego contrariam opinionem semper hic Placentiæ vidi servari. Placet tamen concordia supradicta, quæ videtur procedere, etiam si contractus defuncti non fuerit iuratus.

Et ex d. c. si infertur, quod licet iudex ordinarius non possit esse iudex in causa feudi, cum habeat suos iudices proprios causa feudalis, cap. ceterum, cum similibus de iudic. tamen si agatur super contractu feudali iurato, vt per partes obseruetur, maxime si iurans sit Rex, iudex ecclesiasticus erit iudex competens ratione iuramenti: ita cum Ioan. Cald. & Barbat. tenet & probat. Corsetus in rubric. de iur. iurand. num. 57. & 58. vol. 5. tract. diuers. Doctor. fol. 17. & Marcus Anton. Bauertius in tractatu de iur. & iur. iur. numer. 19. vol. 5. fol. 20. vbi num. 20. limitat procedere in ipso iuramento: scilicet vero in ipso hærede, & alios ita tenentes allegat: quod comprobatur ex dictis in vers. procedenti.

Vltimo propter decisionem d. c. fin. cum similibus. cauetur hodie in l. Regia. 6. tit. 1. lib. 3. ordin. quæ est l. 11. tit. 1. lib. 4. noue recopil. vt nullo modo in contractibus à maioribus factis, qui ipso iure valent, apponatur iuramentum, ne iuridictio regalis minuat, laicis effectibus de foro Ecclesiasticum: quam l. ad hoc allegat Palat. Rub. in c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. §. fin. num. 30. Roder. Suar. in l. post rem iudicatam. 10. limitat. ff. de iud. fol. 148. Segur. in l. 1. §. si vir vxoris de acquir. possess. fol. 50. & latissime Couarru. de pact. in 6. l. part. §. 3. num. 8. qui dictam l. late defendit ex isto capite, ne laici de foro ecclesiastico efficiantur, & in fraudem iurent omnes contractus: quod & probat Fortunius Garf. de vltim. fin. illatione 20. & Guillelm. Benedict. in cap. Raynuius, verb. duas habens filias, numero 247. de testam. & latissime Arias Pinell. in l. 2. in 3. part. num. 11. C. de reuoc. vend. de cuius l. Regia valore, & ratione & intellectu egi ipse latissime in mea repet. dict. authent. sacramenta puerorum, num. 151. & sequentibus. & ad ibi dicta me remitto.

Decisio autem dict. c. fin. de for. compet. in 6. cum similibus procedit non tantum in iuramento, in quo loquitur sed etiam in voto, quia ita etiam eodem modo laicus efficitur de foro ecclesiastico ratione voti, secundum Abb. in cap. licet, de voto, notabil. 3. allegantem ad hoc d. c. si. quæ ampliatio probatur in cap. 2. & in omnibus capit. sequentibus de voto, maxime in cap. quod super his, & in c. ex multa, §. quod autem eodem tit. quibus imponitur necessitas coniugatis implere votum vltra maritimum, & eorum vxoribus & si similia vota emiserint: nam compelluntur per ecclesiam implere vota aut redimere, vt in d. cap. quod super his, §. fin. declarat Dominicus à Soto lib. 7. de iustit. & iur. quest. 4. artic. 3. colum. 7. in fine Nauart. in Manual. c. 12. numer. 6. C. si aduers. vend. Procedit tamen, quando hæres conuenitur actione ex eo contractu celebrato per

defunctum, secus vero, si ageretur indirecte contra heredem, implorando iudicis officium, ut compellatur satisfacere ad exonerationem animæ defuncti, quia tunc poterit etiam hæres iurantis coram Ecclesiastico iudice conveniri, ut in c. de nobis, in fin. de sententia excommunicationis. Et ita procedit & saluatur hoc casu opinio Abb. Antiqui in cap. veritatis de iur. et in cap. fin. de sepulchris tenentis contra supradictam opinionem Ioan. Andr. & Domin. supra relata. Hanc concordiam & distinctionem ponit Sicul. in d. c. fin. quem refert & sequitur Steph. Aufret. in d. 4. reg. n. 6. & in addit. ad decisio. 415. Capel. Tholos. dicens quod opin. Abb. semper vidit servari in curia Archiepiscopali Tholosæ: sed ego contrariam opinionem semper hic Placentiæ vidi servari. Placet tamen concordia supradicta, quæ videtur procedere, etiam si contractus defuncti non fuerit iuratus.

Et ex d. c. si infertur, quod licet iudex ordinarius non possit esse iudex in causa feudi, cum habeat suos iudices proprios causa feudalis, cap. ceterum, cum similibus de iudic. tamen si agatur super contractu feudali iurato, vt per partes obseruetur, maxime si iurans sit Rex, iudex ecclesiasticus erit iudex competens ratione iuramenti: ita cum Ioan. Cald. & Barbat. tenet & probat. Corsetus in rubric. de iur. iurand. num. 57. & 58. vol. 5. tract. diuers. Doctor. fol. 17. & Marcus Anton. Bauertius in tractatu de iur. & iur. iur. numer. 19. vol. 5. fol. 20. vbi num. 20. limitat procedere in ipso iuramento: scilicet vero in ipso hærede, & alios ita tenentes allegat: quod comprobatur ex dictis in vers. procedenti.

Vltimo propter decisionem d. c. fin. cum similibus. cauetur hodie in l. Regia. 6. tit. 1. lib. 3. ordin. quæ est l. 11. tit. 1. lib. 4. noue recopil. vt nullo modo in contractibus à maioribus factis, qui ipso iure valent, apponatur iuramentum, ne iuridictio regalis minuat, laicis effectibus de foro Ecclesiasticum: quam l. ad hoc allegat Palat. Rub. in c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. §. fin. num. 30. Roder. Suar. in l. post rem iudicatam. 10. limitat. ff. de iud. fol. 148. Segur. in l. 1. §. si vir vxoris de acquir. possess. fol. 50. & latissime Couarru. de pact. in 6. l. part. §. 3. num. 8. qui dictam l. late defendit ex isto capite, ne laici de foro ecclesiastico efficiantur, & in fraudem iurent omnes contractus: quod & probat Fortunius Garf. de vltim. fin. illatione 20. & Guillelm. Benedict. in cap. Raynuius, verb. duas habens filias, numero 247. de testam. & latissime Arias Pinell. in l. 2. in 3. part. num. 11. C. de reuoc. vend. de cuius l. Regia valore, & ratione & intellectu egi ipse latissime in mea repet. dict. authent. sacramenta puerorum, num. 151. & sequentibus. & ad ibi dicta me remitto.

Decisio autem dict. c. fin. de for. compet. in 6. cum similibus procedit non tantum in iuramento, in quo loquitur sed etiam in voto, quia ita etiam eodem modo laicus efficitur de foro ecclesiastico ratione voti, secundum Abb. in cap. licet, de voto, notabil. 3. allegantem ad hoc d. c. si. quæ ampliatio probatur in cap. 2. & in omnibus capit. sequentibus de voto, maxime in cap. quod super his, & in c. ex multa, §. quod autem eodem tit. quibus imponitur necessitas coniugatis implere votum vltra maritimum, & eorum vxoribus & si similia vota emiserint: nam compelluntur per ecclesiam implere vota aut redimere, vt in d. cap. quod super his, §. fin. declarat Dominicus à Soto lib. 7. de iustit. & iur. quest. 4. artic. 3. colum. 7. in fine Nauart. in Manual. c. 12. numer. 6. C. si aduers. vend. Procedit tamen, quando hæres conuenitur actione ex eo contractu celebrato per

coram ecclesiastico contra vouentem, vt impleat votum suum, secundum Philip. Franc. in c. quod post votum, de regular. in 6. post Innocent. in c. post de regular. Pro qua ampliatione facit, quia regulariter valet argumentum de voto ad iuramentum, & e contra, vt diximus supra in principio huius tractatus: sed ratione iuramenti efficitur laicus de foro ecclesiastico: Igitur & ratione voti.

S V M M A R I V M.

- 1 Patronus laicus potest post primam presentationem variare, & alterum presentare, parvus vero ecclesiasticus minime, quæ ratione & quomodo hoc intelligatur.
- 2 Absenti ius acquiritur post collationem Episcopi, adeo vt ab eo inuito auferri non possit.
- 3 Patronus laicus tantum potest variare pro prima vice, non vltima.
- 4 Patronus laicus ita demum potest variare accumulando, secus vero recedendo à prima nominatione, & num. 1.
- 5 Patronus laicus si simpliciter nominet sine presentet secundum, non facta mentione de primo, nec dicat variando, nec accumulando, nec à primo recedendo, valet hac secunda nominatio, & datur opus Episcopo, & data paritate Episcopus debet eligere & instituere primus.
- 6 Patronus laicus an possit variare hoc expresso, scilicet quod vult variare, non dicendo quod presentat accumulando?
- 7 Episcopus, qui malitiose dissiulit electionem suæ receptionem primi nominati admittere, vt patronus variat, tenetur (si postea secundo conuulerit beneficium) primo nominato providere beneficium competens: quod, ab eo potest primus nominatus petere.
- 8 Episcopus si sine causa, recusat instituere presentatum à patrono, qui quidem patronus perserverat in eadem voluntate, presentatus potest agere contra episcopum, vt cum instituat.
- 9 Patronus laicus potest variare etiam post appellationem interpositam à primo nominato; eo quod episcopus non conuulerit sibi beneficium, & etiam si appellauerit à patrono volente secundum presentare num. 11.
- 10 Patronus laicus non potest variare, quando ipse & alius patronus ecclesiasticus idoneum presentauerint: quod si variat, non debet episcopum secundo nominatum instituere.
- 12 Patronus clericus qui est patronus ratione partimonij sui, & sic presentat, vt laicus potest variare.
- 13 Patronus laicus, qui unum presentauit & promissit cum iuramento non variare nec reuocare illam nominationem, an possit non obstante iuramento variare, & alterum presentare.
- 14 Patronus an possit donare ius patronatus, & an tunc requiratur licentia episcopi.

CAPVT XIII.

De patronis ecclesiarum, an possint variare.

PATRONUS laicus potest post primam presentationem variare, & alterum presentare, antequam presentatus primo admittatur per Episcopum, & Episcopus eligit quem velit, collegium vero

vel Ecclesiastica persona habens ius patronatus, non potest variare, & prior presentatus à capitulo, vel ecclesiastica persona presentatur, tex. est precipuus in materia in c. cum autem, de iure patron. idem probat tex. in c. Pastoralis, eod. tit. Quoniam antequam presentatio per diocesana Episcopum approbetur, statum non est, quod à patrono laico fuit inchoatum, vt in cap. quod autem, eod. tit. de iure patron. Sed post institutionem factam ab Episcopo, vel eius officiali, tunc non potest amplius variare patronus, quia ius dicitur quæsitum primo presentato, vt in d. c. quod autem, melius in c. si tibi absenti, de prebend. in 6.

Vbius acquiritur post collationem Episcopietiam absenti, adeo vt ab eo inuito auferri non possit & alteri conferri, vt tradit bene in proposito Paul. de Citadin. in tractatu de iur. patron. in 6. parte princip. artic. 3. in princ. 1. quest. num. 2. vol. 15. tractatum diuers. Doct. fol. 389. Et hanc differentiam inter patronum laicum & clericum probant etiam l. 6. & 7. tit. 15. par. 1. & in d. l. 7. ponitur ratio differentie, Porque los clerigos han de sermas sabidores en el ordenamiento de un clerigo a otro, como los legos que no son tan sabidores, & ibi Greg. Lop. in gl. clerigos, inquit, quod hæc ratio fuit Goffredi in summa, & addit remissive aliam, quam ponit gl. in c. cum vos, de officio ordin. verbum in idem, & in c. cum autem, de iur. patron. quam dicebat meliorem Roch. de Curt. in tractatu de iur. patron. verb. honorificum, questio. 9. num. 30. & Paul. de Citadin. vbi supra num. 1. scilicet, quia patrono laico minus tempus datur ad presentandum, scilicet, quatuor mensium, quam clerico, cui dantur sex menses, & quia clerici magis debent esse discreti, & scire iurata: adde eundem Paul. de Citadin. in eodem tractatu in 13. part. in princ. num. 3.

Hæc autem variatio, quæ conceditur patrono laico tantum conceditur pro prima vice, non vero amplius, vt constat ex supradictis iuribus, & dictis ll. Regis, 6. & 7. ibi presentat otro, nem non dicit otro. Et verba sunt intelligenda pro prima vice, iuxta regulam vulgarem l. bonus, §. hoc sermo, ff. de verb. significat. præcipue cum hæc variatio sit odiosa, & ideo restringenda, vt in Clementin. cum illuso, de renuntiat. Ita hanc opinionem tunc Calder. consil. 16. incip. an laicus sub iur. de iur. patron. quam opinionem sequitur & probat pluribus fundamentis Rochus de Cur. in dist. tractatu de iur. patron. verb. honorificum, quest. 10. num. 35. fol. 17. vbi tenet contra gl. in Clem. plures, eodem tit. Abb. & alios tenentes contractum, sc. quod imo liceat patrono laico variare toties quoties, & presentare, quotiesque voluerit simul vel successiue, & respondet ad dictam Clementinam quæ videbatur probare hanc opinionem secundam, vt procedat, quando fit presentatio de pluribus simul, non vero quando successiue. Et rationem differentie inter hos casus constituit in eo, quia quando plures simul presentantur, non arguitur varietas in patrono presentante, quia non idem præterea vnus presentatus non potest conueniri, quod presentatio alterius sibi præiudicauerit, cum omnes simul fuerint presentati. Cum ergo militet diuersa ratio in dictis casibus, non est aliquo modo dicendum, quod Papa voluerit, quod sit eadem iuris dispositio, argum. illud, cum similib. ff. ad l. Aquil. ibique etiam respondet aliis fundam.

fundamentis secunda opin. Hanc etiam primam opinionem probat Gregor. Lopez in dist. 1. 6. in gloss. 1. & mihi etiam verior videtur & tenenda, quam tener & communem appellat, assignans eius rationem Naua. in c. placuit, de penitentia dist. 6. num. 167. & 171. contra Dec.

4 Sed est aduertendum, quod ita demum licet patrono laico variare, scilicet, accumulando, secus vero recedendo à prima nominatione, quia si expresse recedat à prima, nihil agit & non valet secunda nominatio, vt probat tex. in dist. capit. cum autem ibi. Eo non refutato, & ibi notat, & tenet Abb. num. 2. & ceteri omnes: idem Abb. in dist. capit. quod autem, numerò tertio, quem & alios refert & sequitur Gregor. Lop. in dist. 1. 6. in gloss. en escogencia del Obispo, & vltra cum Roch. de Cur. in dist. verb. honorificum, quest. 9. num. 30. Paulus de Citadin. in eodem tractat. 13. part. num. 3.

5 Si vero simpliciter secundo nominet, siue presentet, non facta mentione de primo presentato, nec dicendo accumulatiue, tunc datur optio Episcopo, vt in dist. l. Reg. & per Doct. vbi supra, & per Ioan. And. in regul. in re communi, de regul. iur. in Mercarial. fol. 84. qui dicit, quod hoc casu, data paritate, Episcopus debet eligere & instituere primum, tenet etiam Hostiens. in summa titul. de iur. patron. §. in quibus, & Roch. de Cur. in d. tract. de iur. patr. in verb. honorificum, qu. 13. num. 38. vbi videtur limitare hanc opinionem, quando patronus non simpliciter presentauit secundum, sed quando in presentatione secundi dixit se velle variare presentando: & hoc modo saluat, quod dicit Lopus allegatione 78. col. 4. & est n. 4. & dicit hec videri benenotandum ad infringendas presentationes: & ad intellectum d. c. cum autem: quia patronus presentando, secundum, debet dicere, quod id facit accumulando, secundum Lap. & supra allegatos, vel saltem simpliciter presentare, non dicendo, quod id facit variando, Hanc etiam opinionem, princip. non dico limitationem, sequitur Greg. Lop. vbi supra, dicens, Vnde casus debet esse patronus, vt cum variat, dicat, quod facit presentationem, accumulando, vt saltem faciat eam simpliciter, non dicendo, quod recedit à prima presentatione, quia si hoc diceret, nulla esset presentatio secunda, secundum Lap. & Roch. de Cur. vbi supra quos ibi etiam refert.

6 Quatenus autem pertinet ad limitationem Roch. de Cur. vbi supra dict. conclusio non procedat, quotiescunque patronus laicus secundum presentauit variando, hoc expresse, scilicet, quod variabat, eam tenet expresse Lopus per eum allegatus d. allegat. 78. num. 4. hoc fundamento, quia per presentationem Canonicè factam acquiritur ius presentato, quod ab ipso inuito auferri non potest, vt in capit. cum Beriboldus, §. fin. de re iudic. vt notat Ioan. And. post, Hostiens. in cap. quoniam super, de iure patron. in vers. fiscal. aliquos, & notatur in dist. cap. cum vos de offic. ordinar. & in cap. 3. de postulat. & Iann. Andr. in dist. regul. in re communi. Sed si verum dicere, fas est, mihi non placet hac limitatio, quia, vt supra visum est, patrono laico licet variare: ergo licet in presentatione secundi vtatur his verbis, dummodo expresse non recedat à prima nominatione, quia licet dicat, Presento secundum variando, non ex hoc videtur pimum refutatur, imo videtur se cum dispositione iuris conformare in dubio, argumento l. heredes mei, §. cum ita & que ibi notant Doctor. ff. ad Trebell. Quia dispositio

iuris habet, vt patronus laicus possit variare alterum presentando, ad effectum vt Episcopus eligat, quem voluerit, vt supra dictum est. Nec obstat fundamentum Lapi supra positum, quia id procedit respectu totalis refutationis, non vero respectu Alternatiue, quæ per variationem patroni laici datur à iure Episcopo, vt eligat quem voluerit, per supra dicta. Vel secundo respon quod illud procedit post institutionem factam ab Episcopo, vel eius officiali, quia tunc est acquisitum ius in re, secus ante presentationem, quia tantum acquiritur presentato ius ad rem cù hac conditione, vt patronus possit variare, vt supra dict. est, & tenet in terminis Paulus de Citadinus in tract. de iur. patron. in 6. par. 2. art. qu. 6. n. 6. fol. 388.

Episcopus autem, qui malitiose distulit electionem, siue receptionem primi nominati admittit, vt patronus variat, tenetur (si postea secundo contulerit beneficium, siue capellaniam) primo nominato prouidere beneficium competens, & primo nominatus id petere potest ab Episcopo, vt in eo, n. quo deliquit, puniatur, vt in cap. pastoralis de iur. patron. vbi gl. & Abb. agunt, quando presumatur malitia in Episcopo: Idem etiam probat expresse d. l. Regia 6. in vers. spero fin. cale la demanda.

7 Si autem patronus vnum tantum presentauit, quem Episcopus sine causa refusat instituere, & patronus perseuerat in eadem voluntate, tunc presentatus potest agere contra Episcopum, vt eum iustitiat, competiti tali nominato ius plenum ad petendam dictam institutionem & confirmationem ab Episcopo, vt alios allegans & tradit Paulus de Citadin. in d. tract. de iur. patro. d. 6. qu. num. 6. & 7. & iterum melius in 7. quest. vbi ampliatur, & hoc bene declarat, & dat duo remedia, vt appellet ac superiorem vel per modum querelæ adeat ipsum.

Poterit etiam patronus laicus variare post appellationem à primo nominato interpositam, eo quod Episcopus non contulerit sibi beneficium: Text. est expressus in d. c. pastoralis, de iur. patr. & ibi notat Abb. num. 3.

8 Si autem duo essent patroni, vnus laicus, & alius Ecclesiasticus, si ambo presentauerint vnum idoneum, non potest laicus variare postea & si variat, nõ debet Episcopus secundo nominatum instituere, secundum Io. Alex. in d. reg. in re communi, & Abb. in d. c. cum autem, quod refert & sequitur Paulus de Citadin. in d. tractat. in d. 3. art. 6. part. num. 3. vbi assignat rationem huius opinionis.

9 Sed quod supra proxime dixi ex d. c. pastoralis, & Abb. ibi num. 3. ampliatur, vt procedat etiam si primus presentatus per patronum, apelauerit à patrono volente secundum presentare, postea quod non appellauerit contra Episcopum non ordinantem, vel patronum variantem, adhuc poterit patronus variare, accumulando alterum, non tamè remouendo totaliter iam presentatos, vt cum Abb. & Ioan. Andrea concludit, & tenet Paul. de Citadin. vbi supra dict. num. 6.

10 Sed est et optimus casus, in quo patronus clericus potest variare & alterum presentare, sicut patronus laicus, scilicet, quando clericus patronus est ratione patrimonij sui, & sic presentat vt laicus, & non vt clericus: Ita probat expresse tex. in c. cum dilectus, de iur. patron. in vers. nos igitur, & ibi notat expresse Abb. in 3. notab. n. 4. dicens, quod non ita bene alibi probatur, sequitur

11

Iaf. in l. si ex tota, §. si ita legatum, num. 24. ff. de legat. 1. & Abb. & alij in d. c. cum autem, sequitur etiam Rochus Curtius vbi supra d. quest. 3. num. 30. in verb. honorificum, & Paulus de Citadinus vbi supra num. 1. & Io. Licetier in tract. de primogenit. in art. 2. principal. §. cum pater & mater habentes feud. & c. in vers. qualem diligere voluerit, n. 18. vol. 13. tract. diuers. Doct. fol. 94.

13 Restat modo hic examinare nostram questionem de iuramento, an patronus laicus, qui vnum presentauit, & promisit cum iuramento non variare, nec reuocare illam nominationem, possit non obstante iuramento variare, & alterum presentare, necne? Et primo videtur dicendum, quod non obstant iuramento, hoc possit facere, argumētum text. in capit. sicut ex litteris de sponsal. vbi probatur, quod si aliquis promittat cum iuramento Semproniam in vxorem ducere & non aliam, & postea accipiat per verba de presenti Mariam, valet matrimonium contractum cum Maria, licet iurans remaneat periturus, quia sponsalia de futuro etiam cum iuramento dissoluntur per matrimonium de presenti & ibi notant Dd. Ergo ita in proposito videtur dicendum, quod valet secunda nominatio, licet patronus nominans remaneat & sit periturus. Secundo pro hac opinione facit gloss. illa communiter approbata (de qua nos egimus supra in capit. prima pars huius tractatus, num. 80. in cap. fin. verb. reuocatus, de procurat. in 6. quæ tenet, quod licet iurauerim non reuocare aliquem procuratorem à me constitutum, si tamen reuocem, valet reuocatio licet reuocans sim periturus. Tertio faciunt alia plures iuris decisiones, quas nos supra in discursu huius operis adduximus, scilicet, quod si promisi cum iuramento domum vel librum Titio vendere & non alteri, & postea alteri vendidero, valet secunda venditio cum traditione facta, licet vendens sim periturus. Item si iurauim non reuocare vicarium à me constitutum, si reuocem vicarium, valet & tenet reuocatio, licet remaneam ex hoc periturus. Item si conditum à me testamentum iurauim non reuocare, possum nihilominus id reuocare, licet remaneam periturus, & sic de alijs similibus. Quid plurialia in terminis nostris iuris patronatus, quod patronus laicus, qui aliquem presentauit, & cum iuramento promisit non reuocare vel non variare, non obstante illo iuramento, possit reuocare predictam nominationem, vel variare alterum presentandum, inuenio, quod tenet & fundat supra dict. & alijs fundamentis, Alex. cons. 16. per totum, lib. 3. vbi respondet quibusdam fundamentis, quæ videbantur ob stare.

His tamen non obstantibus, contraria sententia verior est & tenenda, imo quod patronus presentatus & iurans non reuocare vel variare, minime possit reuocare nec variare. Primo, argumētum gl. communiter approb. in cap. licet mulieres, de iure iur. lib. 6. Secundo per omnia supra dicta in omnibus capit. precedentibus, in quibus iuramentum facit actum alias infirmum & reuocabilem, firmum & irrevocabilem. Nec obstant fundamenta pro prima parte adducta, quia procedunt vbi iudex aditi non debet ad illum actum, aliqui si actus ille requireret iudicis auctoritatem, aut quod ipse sit presens, tunc iudex ipse non debet admittit, nec probare actum contrarium iuramento, imo illum omnino reprobare tenetur, cum iuramentum licitum est, nec vergit in præiudicium alterius, prout in propo-

14 tio nostro licitum est, & alij non præiudiciale, ne iudex sit auctor perituri. Ita in terminis nostris, vt cumque tam opinio principal. quam responsionem ad fundamenta contrarie partis, tenet Paulus de Castr. in duobus consil. & cum referens Rochus de Cur. in d. verb. honorificum, questio. 12. num. 37. ad quem se refert Greg. Lop. in dist. 1. 6. tit. 16. par. 1. in gloss. bien lo puede fazer. Hanc etiam opinionem acerrimam, & de iure veriorē esse affirmat Cou. de pall. in 6. 2. par. §. 2. n. 4. ad fin. vers. pred. vero conclusio, fol. 76. vbi allegat etiam Paul. & Roch. de Cur. vbi supra, & Casar. Lambert. eandem opinionem tenentem, & tandem inquit opinionem Alexandri contrariam tunc obtinere, si iudex, coram quo secunda presentatio fit, eam presentatiōē expresse vel tacite receperit & probauerit. Eandem sententiam post huius operis primam editionem, me tacito, & forsitan minime viso, sequitur & profiterur veram & receptiorem Matie. in l. 3. in gl. 13. n. 7. tit. 10. lib. 3. nona collect. Reg. vbi supra d. limitationem quoque probauit.

Sed ego dubito de hac limitatione, quia si iudex approbans hoc casu secundam presentationem, ignorauit iuramentum patroni præcedens de non reuocando primam vel non variando, iam secunda presentatiōnis approbatio tacita vel expressa facta per iudicem, est obreptitia, tanquam contra iuramentum proprium patroni, non facta mentione ipsius, ac per consequens erit nulla. Si vero iudex cum approbavit secundam, sciuit prædict. iuramentum, inique approbavit secundam presentationem contra iuramentum ipsius patroni factam, & fuit particeps criminis perituri, quandoquidem exequitur perituri patroni, ac per consequens poterit appellari ab ipsius approbatione, & iudex superior reuocabit illam mediante iustitia, retenta hac opinione Pauli, & sequacium: quo fit, vt eam indistincte absque præd. limitatione existimem veriorē & tenendam esse. Et ita hic est vnus modus & cautela, vt patronus laicus non possit variare: & idem intelligo, & teneo in patrono clerico in causa supra posita, & si qui sunt alij, in quibus possit variare, vt hoc minime possit, si promisit cum iuramento non variare. Imo idem tenet Lopus allegatione 78. num. 4. quando patronus promisit non variare nec reuocare, etiam sine iuramento, vt hac conuentione stante non possit variare, quod est fortius & norandum.

Secunda cautela est, quod ad hoc vt patronus laicus non possit variare, vt scilicet inducatur patronus ad donandum exercitium iuris patronatus, hoc est, ipsam presentationem, quod potest fieri, vt cum Ant. concludit Rochus vbi supra num. 31. & Greg. Lop. in dist. gloss. bien lo puede fazer. Et an requiratur consensus, & licentia Episcopi in hac donatione, tradunt Doct. in capit. ex infirmatione de iur. patron. & Rochus in d. tractatu de iur. patr. in verb. pro eo quod de diacefani consensu 4. q. num. 9.

S V M M A R I V M.

- 1 Ex sententia arbitri regulariter de iure communi non oritur actio, ampliatioes & limitationes referuntur remissiuè.
- 2 Compromissum iuratum an producat actionem ad obseruationem sententia, qua virtute eius lata fuerit? & numeris sequent.
- 3 Authentica decernit ius c. de arbitris intellectus, & num. 4.

- 5 Recopilata à Infirmitate, non dicuntur apud nos iura, sed dicta sapientium, qua deficiente l. se qui possunt, & quatenus ratione iuuantur & confirmant ius Regium in iudiciis possunt allegari.
- 6 Iuramentum hinc lege Regia in compromissis apponi potest.

CAPVT XIV.

An ex sententia arbitri oriatur actio.

- 1 **I**X sententia t̄ arbitri de iure communi regulariter non oritur actio: text. est in l. 1. C. de arbit. & hæc est communis opinio, & habet plures ampliationes & limitationes, vt latissime materiam hanc examinavi, & resolutam de iure communi, quam Regio, in mea repetitione l. nemo potest, num. 417. & pluribus sequentibus, digesti. de legat. 1. Sed quia ibi non posui questionem de iuramento, an ex sententia arbitri compromissi iurati nascatur actio virtute iuramenti, & conuenit hæc questio nostro tractatu, ideo præsens caput super ea facere & constituere decreui.
- 2 Et primo t̄ videtur dicendum, quod etiam si compromissum fuerit iuratum per partes de stando sententiæ arbitri, adhuc ex prædicto, sententia non oriatur actio, quia propria natura est arbitrii, vt non producat actionem, vt dictum est: ergo iuramentum super compromisso appositum, intelligi debet secundum naturam actus sine contractus, super quo interponitur, iuxta text. in l. fin. C. de non numerat. pecun. cum sua materia, & sic non oritur actio ex sententia arbitraria, etiam si compromissum, cuius virtute fuit lata, fuerit iuratum.
- 3 Secundo t̄ pro hac opinione facit, quia licet per l. ne in arbitris, C. eodem tit. de arbit. decisa fuerit hæc questio in fauorem iuramenti, scilicet, vt præcedente compromisso iurato per partes, vel si iudex litigatoribus potestibus iurauerit, quod cum omni veritate, liti libramenta imponat, omnino standum sit sententiæ arbitrariæ, tamen per athen. decernit ius, C. eodem titulo statim sequentem, correctæ est dict. l. C. Quia per dict. athenicam statuitur, quod nullum fieri possit arbitrium, vt cum sacramenti religione iudicet. Et sic hodie prohibetur fieri compromissum cum iuramento, vt notant ibi Doct. præcipue Salyc. Et licet Glossatores antiqui, glossa & Doctor. ibidem certent, an text. ille debeat etiam intelligi de iuramento, à partibus præstando, vel tantum de iuramento ipsius iudicis, verior intellectus est, vt de iuramentis omnium intelligatur, quia text. ille, & in corpore vnde sumitur, loquitur generaliter: Ita tenent Ioannes Azo. gl. Bar. Bald. & Sal. ibi & Paul. de Casu. n. 1. quia venit d. athenica ad correctionem d. l. C. quæ de omnino iuramento loquebatur, sicut & lex interpretans intelligitur in casu, in quo loquitur lex interpretata, vt in athen. de filante dot. instr. natis, & in l. nihil, cum ibi notatis, ff. de coniug. cum emancip. liber. cum, & hic intellectus est communis, secundum Abb. in c. 2. num. 8. de arbit. Ergo cum dicta athenica citatur verbo, possit, præcedente negatiua, induci necessitatem, & priuatiuam, vt late etiam dixi in dict. l. nemo potest, n. 145. & sequi, ac per consequens compromissum

aliter factum erit nullum, & iuramentum nihil operabitur, quia quando lex resistit alicui actui, ille actus non confirmatur iuramento: text. est in l. non dubium, C. de legib. præcipue cum in proposito dict. athenicæ, prohibeat fieri compromissum cum iuramento.

Sed pro contraria parte, imo quod stante compromisso iurato per partes, ex sententia arbitraria virtute d. compromissi lata oriatur actio, & debeat seruari, si æqua fuerit sententia, & non iniqua, probat text. in cap. 2. de arbit. & ibi notat gloss. verb. sacramentum, Abb. & ceteri Doctor. probat etiam text. in cap. cum tempore, eodem titulo, ibi. Fide hinc inde habita. Secundo hæc opinio probatur, quia iuramentum hoc potest seruari absque interitu salutis æternæ, ergo seruandum est omnino, iuxta text. in c. 2. de pact. in 6. cum similib. Tertio probatur eadem opinio, quia etiam de iure communi oritur actio ex sententia arbitraria, quando in compromisso est adiecta clausula Rato manente pacto, secundum communem resolutionem, quam posuit in d. l. nemo potest, num. 422. sed iuramentum habet vim istius clausulæ Rato manente pacto, & idem operatur, vt tradunt Bart. & communiter Doct. in l. si qui maior, C. de transact. tradidi supra in 1. part. c. 60. Ergo ita etiam ex sententia arbitraria lata virtute compromissi iurati oriatur actio. Quid tenendum?

Inuenio quod Bald. in dicta athen. decernit ius, num. 3. tenet expresse, quod ex compromisso iurato non detur actio, etiam de iure Canonico, quia quoad priuilegium actionis remanet dispositio iuris ciuilibus, ex quo actio fuit inducta de iure ciuili, per l. cum antea, C. de arbit. Sed quoad censuram Ecclesiasticam, vt iuramentum seruetur, stamus iuri Canonico, per supra dicta iura allegata pro secunda opinione. Itaque Bald. vult constituere differentiam in hoc, vt aliud sit tenendum de iure & foro ciuili, & aliud de iure & in foro Canonico & Ecclesiastico. Et hanc opinionem, Bald. tenent communiter Doct. secundum Sal. ibi n. 2. qui dicit, quod opin. Cyn. tenentis indistincte, quod dicta athen. decernit ius, non procedat de iure Canonico, debet intelligi, & procedit respectu obseruantie iuramenti per censuram Ecclesiasticam, non vero respectu priuilegij actionis in factum dandæ ex sententia propter iuramentum, dictum Baldi, sequitur etiam Abb. in dict. cap. 2. num. 8. dicens, quod Bal. in hoc recte fuit loquutus, Bart. vero in dict. athen. decernit ius, tenet eandem opinionem & aliud fortius, scilicet, quod huiusmodi iuramentum non liget, etiam iure Canonico, quia dicta athen. præcipit, ne arbitri sumatur cum iuramento, & ideo, qui hoc fecit, peccat mortaliter, quia facit contra præceptum Principis, & merito non est seruandum, quia vergit in interitum salutis æternæ.

Et in terminis nostris, quod in foro seculari non producat actionem sententia arbitraria lata virtute compromissi iurati, licet in foro Ecclesiastico, sic putat tenendum cum Baldo vbi supra. Maranta de ordin. iudic. 6. parte princip. in secundo actu de appellat. num. 23. fol. 613. subdens, quod ex quo iuramentum est reprobatum à iure Ciuili non videtur, quod in foro seculari, vbi seruetur ius Ciuile, possit iuramentum reprobatum importare clausulam Rato manente pacto, & sic producere actionem: quia quod nullum est, non potest aliquem effectum producere. Nec obstat secundum Marant. quod vbi tractatur

de iuramento, standum est iuri Canonico in vtroque foro, per ea que notat Abb. in c. 1. de non. oper. num. & in dict. c. cum contingat, de iureiur. quia fateatur ipse Marant. quoad obseruantiam ipsius iuramenti. Et ita standum est huic iuramento, de quo agimus in vtroque foro, ne iurans incidat in periculum, quia quo ad hoc tantum concernit periculum animarum. Sed ad inducendum alium effectum, scilicet actionis, quæ ad hoc prodita fuit de iure Ciuili, non est absonum dicere, quod quoad hoc vnumquodque ius seruetur in suo foro, cum non vertatur aliquod peccatum, vt dicit Abb. in dict. c. 1. de non. oper. num. Hæc ille. Eandem etiam opinionem, quod etiam si compromissum sit iuratum, non possit oriri actio in factum, tenet Rodericus Suarez in leg. post rem iudicatam, notabil. 9. vers. est. & alius casus, digesti. de re iudic. fol. 162. ea ratione, nam ex iuramento non oritur actio, quando non est decisorium litis, vt in l. ius iurandum quod ex conventionem, ff. de iureiur. Sed iuramentum, quod apponitur in compromisso est ad contractus confirmationem, merito actionem non producit, & sic non debet in continenti exsequi.

His tamen omnibus non obstantibus, ego existimo tenendum esse contrarium, scilicet, quod ex compromisso iurato oriatur actio in vtroque foro seculari & Canonico, per fundamenta adducta supra in secunda opinione que quidem licet sint de iure Canonico, locum habent & procedunt etiam in foro seculari, quia cum agamus de materia concernenti peccatum, standum est iuri Canonico in vtroque foro, iuxta dict. c. 2. de pact. in 6. & cap. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. Item etiam quia secundum veram, & communem resolutionem ex solo iuramento oritur actio de iure Canonico efficax ad agendum in vtroque foro, vt late supra diximus in prima parte huius oper. cap. 34. Ergo licet ex ipso compromisso iurato non oriatur actio de iure Ciuili, ex ipso tamen iuramento ea oritur, & seruandum est iuramentum virtute actionis vel exceptionis in vtroque foro. Præcipue quia vbi iuramentum est licitum, non tantum ipsum est seruandum, sed etiam actus ipse, super quo interponitur, tanquam iuramento confirmatus, vt late resoluti in mea repetitione athen. sacramenta puerorum, num. 24. & sequentibus, C. si aduers. vendit. Ergo ita in proposito nostro compromissi iurati dicendum est, vt non tantum ex ipso solo iuramento oriatur actio, sed etiam ex ipso compromisso iuramento confirmato, & hoc non virtute ipsius iuramenti compromissi, sed iuramenti, cuius coherentia fuit virtutum compromissum, ac si stipulatio super eo interuenisset, quo casu oriretur ex compromisso stipulatione vallato conditio incerti ad interese vt tradidi in d. l. nemo potest, num. 427. Ergo per iuramentum efficitur præcisum compromissum, cum iuramentum etiam de iure Ciuili obliget præcisæ ad factum, iuxta gl. communiter approbatam in l. si pecuniam digesti. de cond. cassi. dat. & c. verb. necesse habeat, de qua diximus supra in 1. part. c. 39. & ita inuenio quod in proposito Abb. in d. cap. 2. col. 3. num. 8. de arbit. concludit quod de iure Canonico & diuino producit actio vigore iuramenti: quia ex quo ius Canonicum & diuinum mandant indifferenter iuramenta debere seruari, competit actio l. vnic. digesti. de cond. ex l. Et ita idem Maranta vbi supra post verba ipsius supra relata, inquit in proposito nostro compromissi iurati, quod vigore iuramenti etiam in foro seculari polset pars obediens adire iudicem, & facere compelli partem ad obseruantiam iuramenti, secundum Abb. quoad referet, & ita limitat dictum Bal. vbi supra. & transit ipse Maranta cum hac declaratione: Eandem opin. in rep. c. per vestras, ff. de iur. num. 30. de don. inter vir. & vxor. non tamen tenco opin. Baptiste de Sanct. Blas. quam ibi referet, & videtur sequutus Palat. Rub. quia mihi suspecta est.

Et retenta hac opinione tanquam veriore, non obstat primum fundamentum, quod fuit adductum pro contraria parte, scilicet, l. si. C. de non. num. pecun. quia ei duobus modis respondeo primo quod lex illa procedit: & loquitur, quando deest consensus in iurante, quia qui iurauit sibi reddere mutuum, id fecit sibi futuræ numerationis, sub tacita conditione, si sibi numeraretur pecunia, & non alias: At vero in nostra questione compromissi iurati adest consensus firmus vtriusque partis standi sententiæ arbitrariæ. Ergo merito quod licet ipsum compromissum solum de per se non producat actionem de iure ciuili, per appositionem iuramenti corroboratur, & oriatur ex eo actio. Secundo modo respondeo, quod regula dict. l. fin. procedit & debet intelligi, vt iuramentum intelligatur secundum naturam actus, cui apponitur naturam, scilicet, primordiale, non veto accidentale: sed natura primordialis cuiusque pacti est, vt seruetur, vt in l. 1. digesti. de pact. & in l. 1. digesti. de constit. prin. cum similib. Igitur: Et quod d. l. si intelligatur his duobus modis dixi late supra in 1. part. cap. 37.

Non t̄ obstat secundum fundamentum partis contrariæ, scilicet, d. athen. decernit ius, quia ei respondeo tribus modis. Primo quod text. ille caret spiritu, secundum Curt. Seniore in l. penult. num. 8. C. de pact. & est communis opinio, vt text. ille iure canonico corrigatur per supra dicta cap. secundum Zafum consil. 12. num. 29. vol. 2. Et quod dict. athen. sit iniqua, probatur ex ipsamet l. C. ne in arbitris, vbi contrarium sanctissimi arbitrii erat stabilitum, vt inquit text. ille in prin. ibi sanctissimo arbitrio. Ergo aut lex illa fallit, aut athen. decernit ius, statim sequens est iniqua, & carens omni æquitate, ac sanctitate, ac proinde non est seruanda.

Secundo & principaliter respondeo, quod dict. athen. non annullat iuramentum, quia nec annullare polset, cum non sit de foro temporali, & ideo non procedit, quod dicitur in d. athen. de iure Canonico, quia possunt iurantes compelli officio iudicis ad obseruantiam iuramenti, vt in dict. c. cum contingat, de iureiur. secundum Doct. Ita tenet, & dicit Paul. de Cast. in d. athen. decernit ius, num. 1. Imo & iure actionis oritur ex ipso iuramento, & compromisso iuramento confirmato, vt supra dixi. Nec obstat, quod Paul. ibi statim dicit, quod solum illa athen. facit tollere vires, quas lex C. dabat sententiæ arbitri propter iuramentum, quia faciebat oriri ex ea dictas actiones, quod bene potuit facere Imperator, iuxta illud, Meum, non tuum tibi denego auxilium, vt in l. assistis C. qui pot. in pignor. hab. & subdit Paul. quod ista dant intelligere dict. athen. Nam respondeo, quod si bene intelligantur verba hæc Pauli, faciunt in fauorem nostræ opin. quia præsuppono, quod d. athen. tantum tollit actionem, quæ de iure ciuili data erat ex compromisso propter iuramentum, non vero actionem, quæ de iure Canonico seruando in vtroque foro, ex ipso iuramento &